

**Regiae Academiae Kiloniensis Prorector, Cancellarius Et Senatus Civibus Suis :
[P. P. Kiliae. sub sigillo Academiae d. III. Martii, MDCCLXXXVII.]**

[Kiel], [MDCCLXXXVII.]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn172734717X>

Druck Freier  Zugang



Kiel

1701.

D. II. 2.

550.

Df II 2
1550

REGIAE
ACADEMIAE KILONIENSIS
PRORECTOR,
CANCELLARIUS ET SENATUS
CIVIBUS SVIS.

Grauter auribus nostris accidere debuit quod de quorundam ex vestro ordine in inferenda illis, qui pro securitate publica vigilant, iniuria vel proteruitate vel petulantia ad nos perlatum est, et de remediis malo, quod latius serpere incipit, cito adferendis cogitare coëgit. Quam ob rem, ne vestrum aliquis in posterum ignorantiae ol-tentu se tueri posse arbitretur, hanc ipsam nostram et paternam admonitionem et iustam atque severam comminationem publice propositam et in perpetuam officii commonefactionem typis euulgatam exhibemus.

Nemo vestrum milites Regios, praesidium oppido impositum, praecipue autem excubias agentes

aut excubitores milites circumeuntes, vel verbis vel factis laedat, nemo vim illis aut contumeliam faciat, nemo ad locum stationi custodiaeque militari publicae destinatum, praesertim monitus a militibus excubias agentibus, iusto propius accedat. Modeste potius quilibet vestrum se gerat tam erga Praefectos militum, viros munerum dignitate illustres et conspicuos, quam erga gregarios milites, maxime eos, quos excubias agendo vel excubiarum causa circumcundo occupatos videt. Omnem enim, quae huc spectat, iniuriam grauiori poena, vim excubitoribus publicis illatam, secundum legum generalium ciuibz nostris litterarum studiosis praescriptarum §. XIII, publica relegatione vindicandam denuo indicimus.

P. P. Kiliae, sub sigillo Academiae d. III. Martii,
elo 1800 LXXXVII.



Ge. Henricus Weber,

h. t. Prorektor.

A. D. Weber.


A. Bode
Buchbinderei
Schwerin i. M.



Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn172734717X/phys_0005

DFG



ris studiosi ius publicum familiarissimum sibi red-
 dant non particulare solum verum etiam vniuersale
 aeque ac ius gentium & quicquid doctrinarum cu-
 iusuis muneris publici in dicasteriis & collegiis pro-
 vinciarum Regia auctoritate constitutis subeundi
 causa vel omnino necessarium vel apprime vtile
 est, quorsum spectant Historia iuris, ars interpre-
 tandi leges, quam Hermeneuticam iuris vocant, lus
 feudale, Processus imperii romano germanici, Phy-
 sica etiam & Historia naturalis, cet. Etenim ne-
 mo, nisi superato hoc examine academico, ad exa-
 mina supremi dicasterii vel Slesuicensis vel Glück-
 stadiensis admittendus est. Quemadmodum Plato
 scholae, quam in Academia habuit, philosophicae
 inscripsit: nemo Geometriae ignarus accedat, ita
 Rex noster Augustissimus nemini sacra Themidis
 adeunda esse existimat, nisi omnibus illis doctrinis
 erudito, sine quibus iuris studium, vulgaris opificii
 instar, scientiae nomen tueri non potest.

His instructi praesidiis quum habeant non so-
 lum quo vitam commodè sustentare valent, verum
 etiam quo viam sibi pandunt ad honores amplissi-
 mos, & quod longe maius & praestantius est, Su-
 premi

